

mitus veniat; & Sacra Hostia expellatur, reponatur in aliquo loco sacro, donec species corruptantur, & tunc in Sacramentum mittentur. Quod si vomitus post duas, vel tres horas sequatur, & species non appareant, erit vomitus comburendus, & cineres in Sacramentum projiciendus; juxta Rubric. Missal. de defecibus. occurren. tit. 10. num. 14. & ibi Quartus. S. Thomas 3. par. quest. 83. art. 6. ad 7. Bifus in Hierurgia Sacra, Verb. Eucharistia n. 177. & Diana Coordinatus tom. 2. tract. 2. resol. 97. sumpta ex part. 5. tract. 3. resol. 55. Quod ad alias infirmitates nullus morbus reddit infirmum indignum divino Epulo, quamvis esset illuvies, lepra, fluxus menstruus. Gobat. in Experim. Theol. tract. 4. n. 360. neque neglectus corporis in male vestitus, & immunditiam ex negligentia praeferentibus. Suarez de Eucharistia disp. 68. sect. 1. quamvis hos graviter reprehendendos, & aliquando à Sacra Mensa repellendos velit. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 3. n. 77. quod non semel fecisse Ven. Antonium Mariam de Sanctis, Fundatorem Congregationis Oratorii in hac Urbe Antenorica, cum Confratribus Oratorii, qui festivis diebus in illo accedebant ad Communionem absque lineo collare albo, seniores ejusdem Oratorii mihi retulerunt, & in praesentem diem servatur, nisi magna paupertas illos excuset; nam in vestibus fordes etiam Sanctus Philippus Nerius damnabat; saepe usurpans adagium Divi Bernardi: Paupertas mihi semper placuit; fordes vero nunquam. Ita in ejus Vita Petr. Jacob. Bacius lib. 2. cap. 14. n. 8.

Quod ad quartam corporis dispositionem, videlicet abstinentiam à copula carnali pro licito accessu ad Sacram Synaxim; quid de ea scribant Doctores, demonstrat sequens

DECISIONIS LIII.

Ad Novembris primum Casum.

ARGUMENTUM.

Elucidatur, quantum abstinentiam habere debeant à conjugali copula uxori, recepturi Sacram Eucharistiam. Sacri Canonices de hac re allegant, ac plures rationes; & quatuor conclusionibus Casus resolvitur. Subinde duo corollaria ponuntur: Unum de castitate conjugali primitivorum Christianorum. Alterum de pernicie immoderate Venenis in conjugatis juxta Medicorum observationes.

SUMMARIUM.

- 1 Copula carnali conjuges si vacaverint, sequenti die non sunt communicandi secundum antiquos Canones.
- 2 Maritus debet abstinere ab uxore tribus, aut quatuor diebus ante sacram Communionem.
- 3 Verbum Debet importat necessitatem.
- 4 Ordo, quare percussus à Domino?
- 5 Gentiles facturi sacra abstinere ab uxoribus.
- 6 Irreverentia irrogatur Eucharistiae, si tangatur manibus immundis.
- 7 Maritati, si statim post copulam, sumant Eucharistiam, peccant venialiter.
- 8 Copula inter conjuges non impedit Communionem secundum aliquos; sed plures rationes.
- 9 Opinio illa amplectenda, ex qua majora bona recipiuntur.
- 10 Monendi sunt conjuges communicaturi, ut abstinere à copula carnali.
- 11 Coniux, qui non petit, sed reddidit debitum, non est repellendus à Communione.
- 12 Coniux, qui petit debitum recto fine, est admitteendus ad Eucharistiam.

- 13 Copula inter conjuges voluptatis causa est culpa venialis.
- 14 Coniux, qui ex sola voluptate copulam habuit, non debet sequenti communicare; nisi ei aliqua justa causa suffragetur.
- 15 Cause communicandi conjuges, etsi non abstinuerint à copula.
- 16 Canonices de abstinendo à copula ante Communionem sunt de Consilio.
- 17 Copula non exercebatur à fidelibus in primitiva Ecclesia in quatuor casibus, seu temporibus.
- 18 Lactare proprios filios est praeceptum naturale in Matribus.
- 19 Venenis usus immoderatus est perniciosissimus.
- 20 Epilepticus morbus venit ex immoderato coitu.
- 21 Mala ex nimia Venere.

CASUS PRIMUS.

Mulier uxoriata in Sacramentali foro, facta suarum reconciliatione culpam, Parochi Confessorio innuit; conjugii suo, nocte precedenti debitum soluisse petariti. Queritur, an eidem sit Sacra Communionem concedenda?

Plures plura scripsere. Alii negarunt. Alii affirmarunt. Alii diversos casus distinxerunt. Omnia, qua majori brevitate potero, argumenta, & rationes referam.

Qui negarunt concessionem Eucharistiae supradictae uxoriatae, ob exercitum praeterita nocte conjugium, ducti fuerunt.

Primo ex cap. Sciatis 33. q. 4. ubi Sanctus Hieronymus sic scribit: Sciatis fratres charissimi, quoniam quicumque uxori debitum reddidit, vacare non potest orationi; nec de carnibus Agni comedere debet. Ergo.

Secundo ex cap. Quotiescumque, ead. causa 33. q. 4. ubi sic ait S. Augustinus. Quotiescumque aut dies Natalis Domini, aut reliquae festivitates adveniunt, sicut frequenter admonui, ante plures dies, non solum ab infidelium concubinarum consortio; sed etiam à propriis uxoribus abstinete. Cur ita? utique quia in diebus festivitatis omnes fideles oportebat accedere ad Eucharisticam Communionem. cap. Etsi non frequenter; & cap. Seculares de Consecr. dist. 2. Ergo.

Tertio ex cap. Fratres 33. pariter q. 4. ubi S. Ambrosius inculcat, dicens: Fratres non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissime continetis. Nullus omnino uxoris suae juniorum diebus conjugatur. Non alia certè ratione, quam ob reverentiam futurae Communionis Paschalis; unde annotatio ad dictum capitulum, quod in alio manuscripto Sancti Ambrosii legitur: Nullus omnino uxori suae jungatur ante Octavam Paschae. Ergo.

Quarto, sed aliis pluribus relictis canonibus, illud est irrefragabile Concilii Eliberitani, celebrati anno 305. Illiberi in Hispania, relatum in cap. Omnis homo ante Sacram Communionem à propria uxore abstinere debet tribus, aut quatuor, aut octo diebus: nec inter Catholicos communiturabitur, qui in istis videlicet temporibus, Pascha, Pentecoste, & Natali Domini non communicaverit. Nec est audienda Glossa ad hoc caput assertens, esse intelligendum de consilio, non autem de praecipito, quia totum contrarium videtur verius; loquitur enim Concilium per verbum Debet quod importat necessitatem; & inducit praecipitum. l. Sept. ff. de Offic. Praefecti. Fagn. in cap. Qualiter. num. 37. De Cleric. non residet.

Quinto: Quia etiam Moyses praecipit populo appropinquanti monti Synai, ut per triduum abstinere ab uxoribus. Exod. 19. 15. Abimelech Sacerdos Davidem, petentem panes propositionis ad manducandum, interrogavit, non ipse, & qui secum erant, abstinissent à mulieribus? 1. Reg. 31. Plurimi volunt

audire, idè Ozam, qui tetigit Arcam, percussum fuisse à Domino, quia antecedenti nocte opus conjugii cum uxore exercuerat. Menoch. in Economica lib. 1. cap. 12. versus finem. Sanchez de Matrim. lib. 9. disp. 13. n. 2. Immo ipsi gentiles non faciebant Sacra, nisi abstinentes à copula carnali, juxta Tibullum lib. 2. Eleg. prima, sic canentem: Vos quoque abesse procul jubeo, discedite ab aris, Quis tulit aesterna gaudia nocte Venus. Cassia placet superciis, pura cum veste venite, Et manibus puris sumite fontis aquam.

Sextò: In sumptione Eucharistiae abesse debet omnis irreverentia, quin immò est cum reverentia sumenda. cap. Omnis utriusque sexus. De Penitent. & Remissione. Sed, qui polluto corpore accedit ad Communionem, committit irreverentiam, tum quia irreverentia irrogatur Sacramento, si manibus imundis tangatur. Emin. Card. de Laurea d. disp. 25. n. 105. igitur multo magis si corpore foedato per pollutionem; tum etiam quia copula carnalis perturbat mentem, & illa delectatio per commotionem spiritu inducit hebetudinem mentis, & alienationem à spiritualibus. Emin. Card. Toletus de Septem peccat. mort. cap. 55. Ergo.

Septimò: Quia esse culpam saltem venialem accedere ad Sacram Communionem die, qua carnalem copulam maritali exercuerunt, & sic eos esse ea die repellendos, tenent Alesius, Abulensis, Alex. Cajetan. & alii vigitiduo partim Theologi partim Jurisconsulti, quos cumulat Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 2. qui n. 4. refert ex Josepho lib. 12. antiquit. Judae. cap. 8. Matathiam Sacerdotem Hierosolymis die quadam abstinuisse à solemni sacrificio, quòd nocte praecedenti uxorem cognovisset. Quod dictum ergo reperire non potui in meo codice. E contra.

Affirmarunt multi, esse concedendam Communionem absque scrupulo praedictae Uxori, non obstante debiti maritalis solutione.

Primo: Quia debitum petitum, & redditum recto fine, vel ad prolem generandam, vel ad concupiscentiam sedandam, nullam continet culpam. cap. Vir cum propria 34. q. 4. Sanc. in Select. disp. 23. n. 24. Ergo non impedit Communionem.

Secundo: Quia carnalis copula exercita inter conjuges etiam voluptatis capiendae causa regulariter non excedit culpam venialem. Sanchez d. disp. 13. de Matrim. n. 7. Sed culpa venialis non impedit Communionem. Suarez de Euchar. disp. 63. sect. 3. Tamb. de Commun. cap. 1. §. 4. Ergo.

Tertio: Quia, qui cenando causa voluptatis commedit, venialiter dicitur peccare. Sed iste non repellitur à Communionem. Tamburinus d. lib. de Exped. com. cap. 2. n. 5. Ergo necque praedicta Uxor.

Quarto: Quia si abstinere à Communionem post conjugalem copulam est actus reverentiae, & Religionis, etiam communicare, & suscipere Eucharistiam est Religionis actus, & quidem major, ut probat Joan. Sancius in Select. d. disp. 23. n. 13. Sed in concurrentia actum locus dandus est majori. Ergo Communionem erit concedenda.

Quinto: Illa est opinio amplectenda ex qua majora bona percipiuntur. Sed abstinendo ab Eucharistia unum tantum bonum resultat conjugibus, qui debitum maritali persolverunt, scilicet actus reverentiae & Religionis in Sacramento; ut illam sumendo, resultant plurima bona, nempe augmentum gratiae, remissio venialium, auxilia ad frændandas passiones, & tentationes, ad acquirendasque alias virtutes. Suarez 3. p. q. 79. art. 8. disp. 84. sect. 1. Sancius d. disp. 23. n. 16. Ergo.

Sextò: Si quis habeat peccatum veniale mendacii levis, vel iracundiae, vel non gravis detractionis, seu affectum ad haec levia peccata, bonum erit consilium, ut ab eis abstinere; sed si abstinere nolit, non

erit consilium salubre, ut abstinere à Communionem; alioquin committeret illa venialia, & perderet fructum Eucharistiae, ac auxilia ad superandas illas tentationes, & inclinationes malas. Valquez de Euchar. q. 80. art. 7. n. 27. Sancius d. disp. 23. n. 2. Ego idem in casu nostro.

Septimò: Quicumque incidit in pollutionem fornicariam, vel peccaminosam, & dolens, ac peccati penitens confessus fuerit, non est repellendus à Communionem; cui obest tantummodò culpa mortalis. S. Thom. Opusc. 65. §. de Eucharist. n. 20. Gabriel in Canone Missae lect. 10. Litt. O. Beja de casib. conf. p. 1. Casu 8. in fine. Sed in uxoriatis non fuit culpa mortalis ob exercitum copulam, ut opponitur. Ergo non est neganda Eucharistia ipsidem, ut mordicus tenet, & defendit Joan. Sancius in Selectis d. disp. 23. ubi plurimas rationes, & auctoritates congerit.

Distinxerunt alii diversimodè, ex quorum dictis deducuntur sequentes conclusiones pro casu resolutione.

Prima conclusio: Monendi semper sunt conjuges, 10 & consulendi, ut communicaturi abstinere à copula carnali saltem antecedenti die ob reverentiam tanti Sacramenti, ut advertunt omnes DD. Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 17. Sancius in Select. d. disp. 23. n. 11. Emin. Card. de Laurea de Euchar. d. disp. 25. n. 93.

Secunda conclusio: Si coniux communicandae copulam carnalem egit, non petendo, sed reddendo; non est repellendus à Communionem. Gloss. in c. Omnis homo. verb. Abstinere. & ibi Card. Turrecrem. de Consecrat. dist. 2. Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. num. 9. ubi DD. cumulat, quibus favet doctrina Sancti Francisci Saleii, hic referenda suis ipsissimis ac dulcissimis verbis, quae habentur ad Philoteam, seu in Introduct. ad vitam devotam part. 2. cap. 20. Igitur sic Sanctus loquitur: Bisogna, che io dica questa parola per le persone maritate. A Dio non piaceva nell' antica Legge, che li creditori volessero esigere ciò, che era loro dovuto, ne giorni di festa; ma non vietò mai, che i debitori non pagassero, e rendessero il loro debito à quelli, che lo dimandavano. Quindi è, che per rendere il debito matrimoniale, non deve alcuno essere privato della Communionem, se per altro la sua divozione lo spinge a desiderarla. Certo nella primitiva Chiesa i Christiani si comunicavano ogni giorno, ancorchè fossero maritati, ed avessero la benedizione della generazione de' figli.

Tertia conclusio: Si communicaturus exercit 12 conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Quarta conclusio: Si debitum conjugale petitum, & 13 exercitum sit gratia voluptatis capiendae, quia hodie excusari non potest à culpa veniali, cum contraria opinio sit tamquam erronea damnata ab Innocentio Papa XI. anno 1679. die 4. Martii opinione IX. tutius, & honestius erit, non admittere conjugem, qui petit debitum die immediatè sequenti ad Communionem. S. Thom.

Quinta conclusio: Si quis communicaturus exercit conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Sexta conclusio: Si quis communicaturus exercit conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Septima conclusio: Si quis communicaturus exercit conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Octava conclusio: Si quis communicaturus exercit conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

Nonata conclusio: Si quis communicaturus exercit conjugalem copulam petendo, ductus tamen recto fine, ut causa prolis, vel sedandae concupiscentiae, & ad evitandum periculum pollutionis; & in hoc casu, suo iudicio est relinquendus, ut juxta suam devotionem vel accedat ad sacram Mensam vel abstinere. Cap. Vir cum propria 33. q. 4. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 7. ad 2. S. Antonin. 3. p. tit. 13. cap. 6. §. 10. & alii plurimi, quos citat, & sequitur Sanchez de Matrim. d. lib. 9. disp. 13. n. 5. ea ratione, quia finis rectus, & motivum honestum adaequat, & praeponderat corporali immunditiae, & voluptati, quae intercedit in copula conjugali, quod approbant Castropalaus de Eucharist. punct. 13. num. 3. apud Gobatum in Experim. Theol. d. tract. 4. num. 336. Collegium Salmanticense. tom. 10. de Sacramentis tract. 4. cap. 7. num. 63. Bernal. atque Leander apud Dianam part. 10. tract. 16. resolut. 34. quae requiescit in Coordinato tom. 2. tract. 2. res. 51.

S. Thom. 3. part. qu. 80. art. 7. ad 2. & Volpi Resol. 14. Moral. Verb. Eucharistia, resol. 61. n. 35. Nisi aliqua urgens causa eum juvet, & refarciat indecentiam suam, talis autem erit magna festi solemnitas, dies 15. Jubilæi, aut solemnæ Indulgentiæ, particularis devotio, seu præparatio; periculum incurrendi aliquam notam, vel suspensionem apud eos, qui non communicantem observarent, ut considerat Sanchez d. lib. 9. de Matrim. disp. 13. ubi DD. n. 8. Collegium Salmanticense. d. tract. 4. cap. 7. n. 63. & Tamburin. de Expedita Com. d. cap. 2. §. 1. Idem procedere docent in eo, qui peccaminosam pollutionem passus est nocte antecedenti, sed eam per Sacramentum Penitentia expiavit. Quò verò ad sacros 16. Canones pro negatiua opinione supra relatos, communis est responsio eos loqui de consilio, non autem de præcepto, excepto tamen cap. Omnis homo. De Consecr. disp. 2. quia ibi Concilium Eliberitanum verè, & propriè imponit præceptum; sed hodie ex contrario usu censetur abrogatum tamquam nimis rigorosum; prout etiam aliqui alii Canones ejusdem Concilii, ut ex Vasquez notat Gobat d. tract. 4. n. 354. & Illustrissimus Episcopus Baptaglinus in Hist. Concilior. anno 305. ad Concil. Eliberim. n. 4.

Ex eis studiosio Lectorem non pigeat, duo corollaria notare. Unum est, quòd in primitiva Ecclesia Christi fideles conjugal castitatis, & majoris continentia cultores, & amatores erant, siquidem ab uxori bus abstinebant. I. In diebus jejuniorum, & Processionum, ut orationis vacarent. c. Fratres. §. cap. 17. Christiano in quibus sacram Communionem erant recepturi. cap. Sciatis ead. 33. n. 4. §. cap. Omnis homo. De Consecr. d. 2. & de hac observantia, & abstinentia concubitu cum uxori bus plura scribit Tiraquell. de leg. Conub. 15. gloss. 1. n. 111. §. seq. III. A die conceptæ partus in utero usque ad ejus partum; & à tempore proli usque mater lactabat suam prolem. cap. Si causa 33. qu. 4. Et cap. Ad ejus verò. disp. 5. ubi hæc aurea verba: Ad ejus verò (Uxor) Conesubium viri suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablaçetur. Mos enim erat parium matrum proprios filios lactare, non autem alienis tradere nutricibus; quod videtur naturale præceptum, quia unicuique mulieri parturienti natura lac subministrat; quod notat Menoch. in Economic. lib. 2. cap. 4. n. 1. & 2. Et VI. viri non tangebant uxores menstruatæ, & ab earum coitu penitus abstinebant. d. cap. Ad ejus verò, ibi: Cum in consuetis mensuribus (Uxores) detinentur, viris suis misceri prohibeantur: ita morte lex sacra ferit, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Scio hæc temporibus à Moralibus supradictis casus à culpa lethali, si in eis debium matrimoniale exerceatur, excusari, sed ita non erat apud primitivos fideles, quorum religionem nos hæreditavimus, & eamdem futuram gloriam cum ipsis inquirimus.

Alterum corollarium est, immoderatum Veneris usum cum uxori bus esse perniciosissimum: coitus enim 19. semper est noxius, nunquam salutaris, & juxta celeberrimum Clinæ Pythagorici dictum, tunc Venus est exerecanda, cum quis damnum aliquid subire vult, vel seipso deterior fieri desiderat. Tiraquell. de legib. Connub. d. leg. 15. gloss. 1. par. 15. à n. 6. §. seq. Zacchias in Quæst. Medicoleg. lib. 6. t. 1. q. 5. n. 6. & lib. 7. tit. 3. q. 4. n. 15. Rationem esse manifestam dicunt Medici, & Philosophi, siquidem carnalis copula diminuit calorem naturalem, quippe cum materia feminialis materiam spirituosam sit, ea ex corpore expulsa, meliores spiritus subtiliores, & qui præ cæteris naturalem calorem fovent, dissipantur, & evanescent; & sic Vir, aliis robustissimus, redditur imbecilliss, præterquamquod labor impenitus in exercenda Venere spiritus ipsos exhaurit, succeditque membrorum languor, & lassitudo, & totius individui detri-

mentum, ut probat Galen. lib. 1. de semin. c. 16. & Zacchias in d. quæst. Medicoleg. conf. 70. n. 5. Hinc cruditates accumulatur in stomacho, quæ omnium morborum, ac articularium dolorum materialis causa existunt, ob multas ferocitates, & humores aqueos, crudos, & tenues, qui proficiunt in articulis, & afficiunt quancumque corporis partem, & præcipue cerebri ventriculos, unde provenit Apoplexia & mors, ut in d. consulu. 70. n. 8. habetur ex Galeno lib. 1. de Spermate; nec desunt exempla eorum, qui immoderate coentes occubuerunt in ipso concubitu, videlicet Cornelius Balbus Prætorius, & Q. Hæterius Eques Romanus, de quibus Plinius lib. 7. cap. 53. & Valerius Max. lib. 9. c. 12. & de quadam Principe Tarentino, qui congregiendi cum meretricem emisit animam, tradit S. Petr. Damian. & Jo. Novian. Pontanus in lib. de Obedientia de quadam Beltrando, qui in Venere expiravit, & de aliis notat Tiraquell. cit. Leg. Connub. 15. gloss. 1. p. 15. n. 27. §. seq. ubi numerat quinquaginta 20. species morborum, & infirmitatum emanantium ex coitu immodico, & exuperante, inter quas n. 54. morbus Comitialis, seu Epilepticus, ex sententia Hippocratis, & Galeni, de quo Faustus concludit: Turpis est morbi species horrenda caduci.

Cùm jactet animis post sua furta Venus. Alia plura hujuscemodi detrimenta indulgentibus Venere magis, quam oporteat, referunt Mercerial. lib. 2. de morb. Mulier. c. 2. Massaria lib. 4. præf. 6. & Zacchias post d. quæst. Medicoleg. conf. 83. n. 15. & præcipue quòd ex nimio frequentato coitu non generatur proles, & vita coeuntis abbreviatur, unde sic dixerit S. Antonia. in Summa p. 2. tit. 5. c. 1. de Luxuria §. 11. Vers. Tertio consunt. Videlicet: Luxuria consumit vitam. Seneca. Plures occidit voluptas, quam gladius. 21. quidam sapiens eam describit ait: Luxuria est inordinata carnis petulantia, dulce vitænum, importuna lues, perniciosa potio, quæ corpus humanum debilitat, & virili animi robur enervat. Unam ex rationibus, quare antiqui Patres tantum vitæbant, & robusti, nunc autem parvo tempore, & pleni debilitate, hæc esse putò, quòd erant magis continentis, raris contrabebant matrimonium, interim servando castitatem; nunc autem à pueritia incipiunt pleni esse luxurii, nimis citò contrabunt matrimonium, sed si differunt, perpetrant innumera mala. Quæ dicta sint, ut Patrici, & Confessarii argumenta habeant ad fuadendos uxoratos, ut conjugalem continentiam amant, & à coitu effrenato abstineant.

DECISIONIS LIV.

Ad Novembris secundum Casum.

ARGUMENTUM.

Disputatur, an sumptio Tabachi ante Missam, vel ante Communionem, frangat jejunium naturale, & reddat suspicientem inhabilem ad celebrandum, seu communicandum? Agitur de proprietatibus Tabachi; & de essentia jejunii naturalis, seu Eucharistici. Referuntur historiæ de Indis, & militibus, viventibus solo Tabacho, absque alio cibo: Examinantur rationes pro utraque opinione circa fractionem jejunii naturalis, & adducuntur Concilia, atque Decreta Summarum Pontificum, prohibentia functionem Tabachi. Distinguntur tres modi sumendi Tabachum; & deciditur casus auctoritativus, & rationibus, non solum Theologicis, sed Philosophicis, ac Medicis.

SUMMARIUM.

1. Tabachi sumptio, an impediatur Sacram Communionem?

2. Ta-

- 2. Tabachus cur sic dicitur? Et ejus alia nomina.
- 3. Tabachus est temperamenti calidi, & sicci.
- 4. Tabachus, quibus modis accipitur?
- 5. Jejunium naturale in quo differat ab Ecclesiastico?
- 6. Jejunium naturale quomodo frangatur.
- 7. Jejunium naturale ante Communionem requiritur ob tres causas.
- 8. Tabachi sumptionem impedire Communionem, qui docuerint?
- 9. Tabachus nutrit.
- 10. Miles, qui vixit septem dies solo Tabacho.
- 11. Tabachus habet vim medicamentum.
- 12. Concilia provincialia prohibentia usum Tabachi ante Eucharisticam Communionem.
- 13. Concilia Provincialia est non obligent extra Provinciam, tamen dant directionem.
- 14. Tabachi sumptio prohibita Sacerdotibus ab Urbano VIII. Innocentio X. & Innocentio XI.
- 15. Tabachi sumptione non frangitur jejunium naturale ex Diana ob duas rationes.
- 16. Tabachus non est cibus, quia non nutrit.
- 17. Potus debet esse humilis.
- 18. Nutrimentum debet habere humiditatem, & esse ex genere dulcium.
- 19. Tabachus sumptus pro masticationem, vel per sumationem frangit jejunium naturale duplici de causa.
- 20. Pituita nutrit.
- 21. Animalia, quæ nutriuntur sola pituita?
- 22. Saliva deglutita non frangit jejunium naturale.
- 23. Zacchias medicus quid sentiat de Tabacho circa fractionem jejunii.
- 24. Tabachus sumptus pro naris in pulvere non frangit jejunium, sed habet magnam indecentiam annexam.

SECUNDUS CASUS.

Cùm inter necessarias dispositiones corporis ad Sacram Eucharistiam recipiendam, illa sit præcipua, quæ respicit naturale jejunium. Quæritur an sumptio Tabachi ante Missam, vel ante Sacram Communionem frangat jejunium naturale, & reddat suspicientem inhabilem ad celebrandum, seu communicandum?

1. Elebris est hæc controversia inter Theologos morales, quorum antesignanus Antoninus Diana, de ea triplicem disputationem instituit, quamvis profiteatur, se à Tabacho omnino abstinentisse, videlicet p. 5. tract. 13. res. 1. & p. 8. tr. 7. resol. 3. & denique p. 10. tract. 16. resol. 24. alias 23. Quæ omnes in opere suo Coordinato fixæ sunt tom. 2. tract. 1. resol. 120. 121. & 122. In quibus non solum rationes hinc inde, sed etiam auctores pro utraque opinione recenset; sed quia eorum argumenta videntur aberrare à medicina principis, à quibus prodignoscenda natura Tabachi, & essentia naturalis jejunii est regula desumenda; idcirco penitus vim, & effectus Tabachi, breviter examinare recensui, & sic casum propositum, & relatis Theologorum opinionibus, resolvete.

De Tabacho nonnulla, non injucunda lectoribus, scripsi anno 1682. ad casum prudentiale Mensis Martii, tradendo media adhibenda, ad eliminandum in Ecclesiasticis abufum sumptionis Tabachi, sed hæc tractationem nunc reassumendo, sciendum est. Primum, quòd Tabachus est simplex herba, sic dicta à nomine Insula, in qua largiter nascitur, quæ hoc nomine vocatur, ut videtur et apud Ferrarium in Dictionario Geographico, Verbo Tabachi Insula, vulgariter dicta l'Isle Tabags. Est et insula America meridionalis in mari Boreali, intra circulos Cancr,

& Aequatoris, habens ab uno latere insulam Granada, & ab alio insulam la Trinidad, ut in chartis Geographicis Guillielmi Sampsoni, sub dominio Holandorum, sed capta anno 1679. à M. de Biltres, teste P. Coronello in pag. America per eum super vulgata. Et non solum hæc verba Tabachus vocatur, sed alius gaudet nominibus; nam ab indigenis dicitur Piciele, à botanicis Petum, Nicotiana, ac Herba Santa Croce, ut observat Nicol. Monard. de Simplic. Medic. ex Oecid. India delata, cap. de Tabacho; & Paul. Zacchias in Quæst. Medicoleg. l. 9. tit. 7. g. Unica n. 1. & 2. ubi notat, Tabachum esse temperamenti calidi, & sicci in secundo gradu, & ideo utilem ad omnes morbos frigidos, saporis amari, atque acris, protitantis sternutamenta; contra assertorem Lessii de Just. & Jure lib. 4. c. 3. n. 19. dicentis, esse frigidum refrigerantem, & narcoticum, idest somniferum, seu poriferum, ac de genere Hyenycammi, videlicet herbarum venenatarum. Quamvis autem in medicina plures usus habeat Tabachus, tamen apud homines, præsertim Religiosos, ejus usus, seu potus abufus, ad tres modos recipiendi reductur; ad nars in pulvere, ad os in fumo; vel in folio ipsum masticando, ad effectum vel excitandi sternutamenta pro capitis expurgatione, vel ea habenda per provocationem pituitæ, & ejusdem expulsiõe, ut latius idem Zacchias d. lib. 9. tit. 7. g. unica n. 2.

Secundò sciendum. Quòd, licet certum sit in Ecclesia Catholica, ad recipiendam Sacram Eucharistiam necessarium esse jejunium naturale in accipiente, cap. Sacramenta, de Consecr. disp. 1. §. cap. Liquido. De consecr. disp. 2. (quod supra probatum est in primo casu Mensis Januarii hujus anni, ubi casus novem enumeravi, in quibus potest sumi Sacra Synaxis absque jejunio naturali.) & quamvis nota sit differentia inter naturale jejunium, & jejunium Ecclesiasticum, scilicet quòd istud non frangitur, si sumatur modicum cibi, neque violatur per medicamentum, neque per potum, non solum aque, sed etiam vini, quod nutrit. Sanchez conf. moral. lib. 5. cap. 1. dub. 25. n. 2. Lessius de Just. & Jure lib. 4. cap. 3. dub. 2. n. 10. (sic Ecclesia indulget, ne nimium dispensandum sanitas fidelium è sitis molestia patiatur) at è contra per hæc omnia naturale jejunium violatur. S. Thom. 3. p. q. 8. art. 8. ad 4. Nihilominus non est certum apud Theologos, & Canonistas, quando dicatur frantum jejunium naturale. Alii enim ad ejus fractionem, & violationem requirunt duo, hoc est, ut sumatur vel cibus, vel potus, vel medicamentum, etsi in parva quantitate; & quod sumptio sit per commestionem, vel potationem; idest per actionem, quæ juxta communem hominum existimationem, vocatur comestio, & potatio. Diana Coord. d. tom. 2. tract. 1. resol. 120. §. 2. Alii, præter illa duo, requirunt quid tertium, nempe quòd res per modum cibi, vel potus recepta, habeat naturam cibi, vel potus, & facultatem nutriendi, idcirco non frangitur jejunium naturale, si traiciatur in stomachum aurum, argentum, plumbum, lignum, terra, vel quid simile. Gobat in Experim. Theol. tract. 4. n. 263. & Tambur. de Expedir. Commun. cap. 2. §. 6. n. 28. Sed alii DD. id non probant, dicentes prædicta, & similia, quamvis non habentia naturam cibi, vel potus, nec vim alendi, frangere jejunium naturale, de cujus essentia est, ut nihil penitus intret in stomachum, ob reverentiam Sanctissimi Corporis Christi. Ita Caffoplaus de Euchar. disp. Unica puncta. 13. n. 7. ubi plurimos refert. Villalobos tom. 1. tract. 7. diffie. 39. n. 1. Scortia de Sacrific. Missæ lib. 2. cap. 7. n. 1. & alii, quos citat, & laudat Collegium Salmanticense de Sacram. tract. 4. cap. 7. n. 70. & novissimè Byssus in Hierurgia Sacra tom. 1. Verb. Jejunium naturale n. 9. §. 2. Etenim requiritur, quòd ante Communionem stomachus sit omnino vacuus, & novus à quacumque re propter tres causas. Prima est ob sanctitatem Sacra-

7 Sacramenti: *Secunda*, ne devotio accipientis impediatur: & *Tertia*, ut evitetur, quodcumque periculum vomitus, & irreverentiae. S. Thom. in 4. dist. 8. qu. 1. art. 4. in resp. Silvest. Verb. Eucharistia 3. num. 8. Fagnanus in cap. si confiteris num. 17. de Accusat. Sed his tribus causis officere possunt res deglutitae in stomachum, etiam si non habeant naturam cibi, aut potus, neque qualitate nutriendi; & ad minus primae, & tertiae, scilicet sanctitati Sacramenti, cui derogatur per tractionem praecedentem in stomachum jusculibet materiae; & etiam ne vomitus, aut alia indecentia infurgat contra reverentiam Sacrosanctae Eucharistiae debitam.

His praenotatis deveniendū ad casus propositi resolutionem; opinionem affirmativam, id est sumptionem Tabachi ante Missam, & ante Communionem frangere jejunium naturale, & reddere suscipientem inhabilem ad celebrandum, vel communicandum, docuerunt Antonius de Leone in *Quest. Moral. de Chocolat. part. 2. §. 4. à num. 10. & seqq.* cujus verba Hispanica ponit per extensum Diana in *cit. opere Coordinato tom. 2. traç. 1. resol. 120.* & eidem Leonardi ad hæc Lezana in *summa tom. 3. Verb. Eucharistia quoad Regulares n. 17.* contra quem sumpsit arma idem Diana, & commilitones aggregavit par. 8. traç. 7. resol. 3. & par. 10. traç. 16. resol. 24. alias 23. quæ postea, & coordinatae sunt in d. tom. 1. traç. 1. resol. 121. & 122. Rationes Lezanae, & Leonis sunt. Primò, quia Tabachus verò est nutrimentum, ut constat ex multis experimentis plurimum, qui ex ipso solo sustentati sunt. Hæc sunt verba Lezanae, quæ videntur fundata in auctoritate Nicol. Monardi in *simp. medic. Histor. cap. 14.* ubi virtutes omnes refert herbae Tabachi, & inter cæteras, ait: *Ufus est etiam Tabachi apud Indos, famis, sitisque sedanda gratia hoc modo; conchyliis quadam coqueantur succutiatum urunt, deinde atterunt calcis modo; butis, & solum Tabachi aquas partes sumunt, manduntque, donec ex utriusque massa quadam fiat, quam in pillulas, pijo majores, formant; atque in umbra siccata in usum reponunt. Facili iter per desertia, ubi neque cibum, neque potum inventuros se putant, horum pillularum scem delatarum, unam inter labrum inferunt, & dentes, reponentes, ejus liquorem assidue sorbent; qua assumpta aliam reponunt, atque item aliam, donec peregrinationem triduanam interduam, aut quadriduam absolvant, istaque ratione toto illo tempore, neque famem sibi molestam esse, neque sitim asserunt. Eadem referuntur à Simone Paulo Medico Regio Aarhufiensis, in *Commentar. de Abusu Tabachi* ubi pag. 4. citat eximite alios Auctores, qui de Tabachologia libros typis dederunt, & præmissa confirmat Joann. Chrysofom. Magnus in Ticinensi Universitate Medicinæ Professor in suis *Exercitiis de Tabacho anno 1648.* ubi *Exercit. 9. §. 1.* hæc habet: *Miraculo proximū est, quod de Tabacho in hoc famem, sitimque sedandi effectū receperit à Monardo, Lopez de Omara, Oriedo, Benzene, Dalechampio, & aliis; idque admirationem superat, quod absque cibo, & potu alacres, & laboribus reddat apertissimos. Militibus, castrisque livarum turbe in Europa, immò & in voracioribus Europe populis notissimum est, triduanam expeditionem, nullò incommodo, absque potu, ciboque ebri posse dummodo Tabachum adstet unicuique, sive illud fumo, sive cochibicis habeatur assumptum. Et paulo post: In obsidione Valentie anno 1636. miles fuit qui hebdomadarum sustinuerit inediam globulis Tabachi vires belli laboribus aptas conferens. Ac inferius. Peruvian tamen meris Tabachi foliis utuntur ex Lopez de Homara. Idem expertos se beneficiū à Tabachi fumo retulerunt mihi milites sate digni, qui unica Tabachi uncia biduum, absque potu ciboque; immò & absque horum desiderio transeverant. Et quod Tabachus, quocumque modo sumatur,**

tur, habeat vim nutriendi, ac sedandi famem, & sitim latè probat rationibus Philosophicis, ac Medicis P. D. *Benedictus Stella Monachus Benedictinus in libro (vulgari idiomate, sed non vulgari eruditione ornato) De Tabachopap. 31. cap. 22.* quem Tabachistis legisse delectabit; & hæc dicta sint in defensionem P. Lezanae, qui Vir eruditissimus, ac Carmelitanæ Religionis nobile ornamentum, ascendendo Tabachum nutrire, non sine ratione, ac auctoritate Medicorum, & Philosophorum id asseruit.

Secunda ratio, quod per Tabachum, præcipue sumptum in folio per masticationem, vel in fumo, solvatur jejunium naturale, illa est, quia habet vim medicamenti, & sumitur tamquam medicina, vel ad exonerandum caput, vel ad confortandum stomachum, sive ad solvendum ventrem: verè enim Tabachus est herba medicamentosa, ac quocumque modo sumatur pro medicamento sumitur. Zacchias d. lib. 9. *Quest. Medicolegal. tit. 7. quest. Unica num. 2.* Sed post sumptionem medicamenti in quacumque parva quantitate, non licet Sacram Eucharistiam accipere. Sanctus Thomas 3. par. quest. 80. art. 8. ad 4. Ergo

Tertia ratio desumitur ex Concil. Provinciali Limentic die 17. *Octobris 1588.* sic decernente: *Prohibetur sub reatu mortis aeterna Presbyteris celebraturis, ne Tabachi sumum ore, aut Syah, aut Tabachi pulverem naribus, etiam preteritum medicine sumant.* Et ex alio Concilio Mexicano diei 27. *Octobris 1589.* ita præcipiente: *Ob reverentiam, que Eucharistie percipiendæ exhibenda est, præcipitur ne ullis sacerdos, ante Missæ celebrationem, aut quovis alia persona ante Communionem quidquam Tabachi, per modum fumalis evaporationis, aut quovis modo percipiat.* Qui quidem Conciliares, ac Provinciales Canonones referuntur à Diana *Coord. d. tom. 2. traç. 1. resol. 120. §. 1. & à Byffo in Hierurgia Sacra Verb. Sumptio Tabachi num. 215. §. 3.* qui testantur, eosdem ab Apostolica Sede confirmatos; & quamvis non obligent nisi in illis Provinciis Baldel de *Legib. lib. 5. disp. 8. num. 1.* habent tamen magnum pondus ad comprobandum, illicitam esse rem ab eis prohibitam; etiam ob approbationem Sedis Apostolicæ eos transisse in legem universalem velit P. *Benedictus Stella in d. opere de Tabacho cap. 33.* ubi ponit Ballam Urbanum Papæ VIII. incipientem. *Cum Ecclesie diei 30. Januarii 1640.* prohibentis in tota Hispania. Diocesi quacumque sumptionem Tabachi in Ecclesiis, earumque atris & ambitu sub poena excommunicationis late sententiæ, & aliam consimilem prohibitionem factam ab Innoc. Papa X. anno 1650. contra Tabachum fumentem in Ecclesia, vel in atrio Basilicæ S. Petri Urbis Romæ. Quam quidem prohibitionem nuper confirmavit Innoc. Papa XI. die 10. *Octobris 1681.* sub poena suspensionis à Divinis ipso factò incurrenda, & futurum 25. solvendorum à Presbyteris Tabachum fumentibus in Sacrificiis Urbis Romæ; & de ejus Sanctitatis mandato S. Congregatio Concilii omnibus Episcopis imposuit die 1. *Aprilis 1678.* Ut sub poena suspensionis ipso factò incurrenda prohibere valeant Sacerdotibus, nec magis antiquam Missam celebrent, ullatenus Tabachum fumant, teste Josepho Crispino Episcopo in *lib. de Pastoralis Vstit. p. 2. §. 10. num. 24.* Quibus omnibus fultetur maximo perè opinio PP. Leonis, & Lezanae affirmantium, non esse licitam Sacram Communionem post sumptum Tabachum.

Contrariam tamen opinionem sustinet Diana *Coordinatus cit. tom. 2. traç. 1. resol. 120. resol. 121. & resol. 122.* ubi plurimos affectus Moralistas cumulatur, quorum omnium due sunt rationes præcipue; Una, quod ad violandum jejunium naturale, quidquid sumitur, debet sumi tamquam cibum, vel potus, ex cap. *Liquidum. De Consecr. dist. 2. libi: In bonorum*

morem tanti Sacramenti in os Christiani prius Dominicum Corpus intrat, quam ceteri cibi; & per actionem, quæ ex communi hominum existimatione dicitur comestio, vel potatio ex Rubrica Missalis de *defectibus dispositionis Corporis tit. 9. n. 1. ibi: Si quis non est Jesus post mediam noctem, etiam post sumptionem solius aque, vel alterius potus, aut cibi per modum etiam medicinæ, & in quacumque parva quantitate; non potest communicare, nec celebrare.* Sed Tabachus non est cibum, neque potus, & non sumitur per modum comestionis, seu potationis; ergo non frangit jejunium naturale. Altera ratio est, quia ad violandum naturale jejunium res sumpta, & in stomachum trajecta debet esse alimentalis, & habere facultatem nutriendi; idè lignum, filum, frustum chartæ, & similia, quæ non nutriunt, non impediunt Communionem. Gobat, & apud eum alii ita docentur, in *Theolog. Experim. d. traç. 4. num. 261. 262.* Sed Tabachus non nutrit, nec habet facultatem nutriendi, ut Diana supponit. Ergo non frangit naturale jejunium.

Quod Tabachus non sit cibum, neque potus, neque comestio, vel potatio, ut in prima ratione, probari potest ex principiis Philosophicis, & Medicis. Nam quod non sit cibum, patet, quia quidquid non habet facultatem nutriendi non est cibum. Galen. *lib. 3. de Aliment. fac. cap. 40.* Sed Tabachus nutriendi vim non habet. Ergo non est cibum. Minor probatur. Quod habet vim alendi debet à natura vinci, & membris assimilari. Avicenna *in can. text. 1. traç. 1. n. 76.* At Tabachus neque vincitur à natura, neque membris assimilatur, quia partem nullam alibilem habet, sed tantum medicamentosam. Zacchias d. *lib. 9. Quest. Medicolegal. tit. 7. quest. Unica à num. 14. & seqq.* Ergo non est cibum. Ad exempla Idorum & militum vivientium ex solo Tabacho respondebit infra. Similiter Tabachus non est potus, quia potus debet esse humidus, tamquam institutus à natura ad distributionem ciborum solidorum, ad sitim levandam, & ad corporis refrigerium. Mercat. *de Sanit. & ejus conserv. class. 2. art. 2. q. 164. num. 88.* Lefius *de Just. & Jure lib. 4. cap. 2. dubit. 2. n. 10.* Sed Tabachus quomodocumque sumatur, humiditatem non habet, neque ullam ex supradictis facultatibus habet, quia ut dictum est in primo notabili, est temperamenti calidi, & sicci. Ergo non est potus. Pari modo sumptio Tabachi dici non potest comestio, vel potatio; siquidem, ut supra notatum est, vel sumitur per nares in pulvere ad excitanda sterneramenta, vel per masticationem folii Tabachi in ore ad aliciendam pituitam è capite, & eam expundendam, vel per fumum ex tubulo in os attractum, qui in capitis cavitates deferunt, & inde pariter pituitam elicit, quæ expuitur, & nulla harum actionum est comestio, vel potatio, de quarum essentia est, trajicere rem per guttur ad stomachum. Caramuel. in *fundament. Theolog. numer. 353.* & Gobat. *dist. traç. 4. numer. 261.*

Secunda pariter ratio Dianæ, seu Tabachistarum, quod scilicet Tabachus non habeat vim alendi, nec facultatem nutrivam, & sic non frangat naturale jejunium, probari potest ultra prædicta; quia si sumatur in pulvere, vel in in folio, quidquid nutrit, debet habere in se humiditatem, & esse ex genere dulcium. Galen. *lib. 4. de Simplic. medic. fac. cap. 10.* nam omne nutrimentum vel est dulce, vel unctuosum, vel ex his compositum. Item Galen. *lib. de Ocul. cap. 3. p. 5.* Sed Tabachus non est humidus, cum sit temperamenti calidi, & sicci, & non est dulcis, sed amarus; Ergo neque nutrit, neque facultatem nutrivam habere potest. Ulterius, si sumatur in fumo, fumosa omnia sunt amara. Cardan. *lib. 1. de Sanit. tuen. cap. 36.* Sed amara non

nutriunt. Galen. *d. lib. de Simplic. Medic. fac. cap. 15.* idem Card. *d. lib. 1. cap. 5. & cap. 40.* Ergo Tabachus sumptus in fumo non habet facultatem alibilem. Tandem fumida substantia tantum absque quod nutriat spiritus, quin ipsos dissipat, ac destruit; est enim contraria substantiæ spirituum puræ, ac lucidæ. Ergo Tabachus in fumo nullam dat nutritionem; nutritio enim fit per similia. Zacchias *dist. lib. 9. Quest. Medicolegal. tit. 7. quest. Unica. num. 32.*

In hac controversia, mea est opinio, Tabachum sumptum in ore, vel per masticationem foliorum, vel per fumationem frangere jejunium naturale; de pulvere sumpto per nares dicam in fine.

Igitur, qui masticat folia Tabachi, vel ipsum sumit in fumo, violat naturale jejunium, duplici respectu, scilicet nutritionis, & medicinæ. Respectu nutritionis violatur jejunium naturale, quia cum habeamus tot testimonia de fame, & siti sedata per Tabachum per plures dies in militibus Europæis, in Indis, atque Peruvianis, dicendum est, ex Tabachi sumptione provenire nutrimentum, non directè ob ejus siccitatem, & amaritudinem; sed indirectè ob pituitam, quam Tabachus, cum masticatur, vel in fumo suscipitur, projectat in stomachum; certum est enim apud Medicos, & Philosophos per pituitam nutrirī corpora absque ope alterius externi alimenti, & multiplices experientia firmatum est, quosdam homines integris annis absque cibo, & potu vixisse, euntibus sola pituita in eorum corporibus abundante, ut doctè advertit Zacchias *d. lib. 9. tit. 7. quest. Unica n. 27.* Delrius *lib. 2. Disquisit. Magicæ quest. 21.* & Scorus in *Physica Curiosa lib. 3. c. 14. §. 1.* ubi exempla plura ex probatis auctoribus refert diuturnæ hominum quorundam à cibo, & potu abstinentiæ, & §. 2. inter cæteras rationes, ait, id procedere, *Si ex summa cerebri humiditatis materia quadam subtili, & pituitosa à capite in corpus descendat; atque interea corpori in alimentum cedat.* Immo multa animalia totam hyemem sine cibo extrinsecus absumpto transigunt, & sola pituita nutriuntur, ut ursus, taxus, glis, & alia, ut citati DD. notant. Idcirco, quia proprium est Tabachi, vel folii masticatione, vel sumi receptione, attracte à capite pituitam, & ad stomachum eam transmittere, & nutrimentum convertere, dicendum est habere saltem indirectè vim nutrivam, & frangere jejunium Eucharisticum.

Neque obstat, si dicas illam pituitam à Tabachistis non deglutiri in stomachum; sed expui, idè quod non solveat jejunium, cum ad fumum, si aliqua pars deglutitur, per salivam videatur deglutiri, quæ non violat naturale jejunium. *Quart. in Rubr. Missal. p. 3. tit. 9. sect. 1. dub. 2. diff. 4.* ubi concordantes. Non enim sumitur Tabachus à nostratibus ad sedandam famem, vel sitim, seu loco cibi, vel potus, sed tamquam medicina ad exonerandum caput per attractionem pituitæ ex eo in os, quæ statim expuitur, & non permittitur descendere in stomachum.

Nam respondeo; esto, quod non ut cibum, & potus, sed tamquam medicina sumatur Tabachus (& est secundus respectus fractionis jejunii naturalis) quantumvis diligens sit Tabachista in expunctione; fieri non posse, ne multum pituitæ, & multum substantiæ ejusdem Tabachi descendat in stomachum, ut rationcinatur pro hac opinione Eminentiss. Card. de Lugo *Respon. Moral. lib. 1. dub. 9. n. 4.* his verbis: *Non videtur negari posse, quod dum Tabachus dentibus conteritur, aliquis, ex illo succus exprimitur, cujus pars in stomachum trajicitur; nam ejus virtus, sentitur statim in stomacho; qui non solum alteratur, & provocatur aliquando ad vomitum; sed etiam plerumque commovetur corpus ad purgationem ventris; qui effectus non videtur fieri posse, nisi virtus, & qualitates hujus herbae trajiciantur; quæ qualitates*

litates cum sint accidentia, non possunt sine subiecto transire, & per consequens fatendum erit, aliquam partem ipsius substantie transire, & deglutiri, que licet videtur mixta cum salivâ deglutiri, sicut gutta aquæ quando os oblitur, hoc tamen in casu nostro non videtur fieri præter intentionem; sed potius ex intentione saltem implicita; siquidem verba illa ad hunc finem sumuntur, & habetur in ore, ut eos efficiantur in stomacho, & in corpore; neque sumuntur ad delectationem, cum verba ipsa gustui ingrata sit, ut experientia constat; sed sumuntur gratia medicinæ, & per consequens solum, ut efficiantur, & utilis ad ejusmodi effectus, & purgationem causandam. Hæc Cardin. de Logo, cui licet adungere id, quod de hæc questione sentit sapientissimus Medicus Paulus Zacchias d. g. unica n. 20. ubi differens de hoc casu ita scribit: Hinc concludendum, Tabachum neque ut cibum, neque ut potum quomodocumque assumatur, frangere jejunium Eucharisticum, non in quantum nutrit, aut cibi, vel potus rationem habet; sed in quantum sua substantia quantumvis minima possit occupare stomachum, aut ejus fumo, vel alio possit causare agitationem in humoribus, & alios effectus producere minimè convenientes; ubi tantum Sacramentum accipere parum; quemadmodum etiam docet ob debitam reverentiam, ut dicitur, ab omni aliena substantia liberum stomachum servare. Paucis disputationem perstringendo, Tabachum trahendo pituitam è capite, & commovendo humores in stomacho, occupat ejusdem stomachi vacuitatem; tum per descensum pituitæ, tum sui ipsius qualitatem, quibus tollitur totalis illa privatio rei cuiuscumque ad jejunium Eucharisticum necessaria, & omnimoda illa abstinentia, ab Ecclesiæ requisita, ob tanti Sacramenti reverentiam; quapropter qui sumit Tabachum, vel in fumo, vel in folio, illum masticando, licet celebrare, vel communicare non potest, nisi adeò brevis, & modica sit sumptio, seu masticatio, ut totus humor commotus vel ex stomacho, vel ex capite, sit omninò expulsi, neque trajectus in stomachum.

A Tabacho autem recepto per nares in pulvere, non videtur frangi jejunium naturale, quia non transit ad vacuitatem stomachi occupandam: sed quia secum annexam habet summam indecentiam, quæ maximè obest reverentiæ debitæ Sacramento Venerabili Eucharistiæ, ideò convenit ab eodem abstinere, vel pariter uti ante celebrationem, vel communionem, ut voluit ex Theologis Byssus, d. Verb. Sumptio Tabachi §. 3. Volpi resol. mor. Verb. Euch. ref. 61. n. 28. & ex Medicis Zacchias dicitur lib. 9. tit. 7. g. Unica num. 33. ubi ita concludit: Ut ergo multa in patca redigam, dicendum ex mea sententia est, Tabachi usum in jejuniis Eucharistico prohibendum, non quòd ullo modo, ne per somnium quidem, nutrire possit, aut folio, aut pulvere, aut fumo: etiamsi aliqua illius particula in stomachum laberetur; sed primò ob Sacramenti reverentiam; quia multam agitationem in humoribus causare potest, & caput ipsum commovere, sensusque turbare, & obtundere, maxime si ejus fumus assumatur, potest & ventrem solvere, aut, quod pejus est, vomitum concitare. Secundò, quia facile evenit, ut ex ejus usu pituita à capite proripita, & allecta ad stomachum descendat, ibique aut in nutrimentum vertatur, aut ad minus illius vacuitatem impediatur, quam necessariam esse dicendum, ubi tanto cibo calesci, ac Saceratissimo vesici præsolatur.

Tandem ad correctionem Tabachistarum, iidem obijciendum est, quod de Turcis legitur in Itineribus Illustris. ac Excellentis. D. D. Joannis Baptistæ Donati Baili Veneti Anno 1683. p. 2. pag. 160. videlicet, Turcas in die jejunii abstinere tum à

potu, tum ab odoribus: nam hanno scrupolo di gustare il digiuno, non solo con le liquide pozioni, ma di più con le fragranze, tenendo cbe resti franto il digiuno anco coll' odorato.

DECISIONIS LV.

Ad Novembris Casum Prudentialem.

ARGUMENTUM.

Exarantur omnes morbi, ac infirmitates, impediens administrationem Sacræ Eucharistiæ, seu Viatici, ne irreverentia committatur in Venerabile Sacramento. Hi morbi ad quatuor capita reducuntur. Ad defectum usus rationis, ut in delirio, phrænesi, & dementia. Ad defectum respirationis, ut in affectibus anginosi, vulgò di Sebranzia. Ad defectum deglutitionis, vel convulsionem, vel paralytim Oesophagi, vulgò il Cannaruzzo; seu ob molestissimam tussim. Et ad stomachi agrotationem, ratione vomitus, singultus, volvuli, empyematis, vulgò postema, nauicæ, bilis, flatus, & Lienteriæ. Quæ omnes juxta regulas Medicinæ, & monita Medicorum sapientum, breviter, atque eleganter recensentur.

SUMMARIUM.

- 1 Morborum genera quatuor, in quibus infirmi non sunt communicandi.
- 2 Delirium, dementia, & Phrænesia impediunt Eucharisticam Communionem.
- 3 Regula observande pro communicandis delirantibus; vel phrænesiis infirmis.
- 4 Semifatus debent instrui, excitari ad devotionem Eucharisticam, & communicari.
- 5 Sebranzia quid sit? Undè dicitur?
- 6 Anginosi affectibus laborantes cauti sunt communicandi.
- 7 Pus nutritius dios 14. frequentibus enematis, idest clisteriis.
- 8 Deglutire qui non potest, communicari non debet.
- 9 Vomitus ubi est periculum, ab exhibenda Eucharistia abstinendum.
- 10 Vomitus, in quibus morbis solitus sit evocare.
- 11 Volvulus ob sui sevitatem appellatur miserera morbi.
- 12 Flatu solet impedire Communionem.
- 13 Lienteria laborans, an Communicandus.

CASUS PRUDENTIALIS.

Cùm in secundo Questio hujus mensis dicitur sit inter ceteras dispositiones corporis, ad Sacram Eucharisticam licite sumendam, requiri in communicando facultatem deglutendi, & retinendi Sacramentum in stomacho, ita ut non subit periculum vomitus ejusdem, dignetur Prudentes Parochi notare omnes morbos, seu infirmitates quarum causa non licet Communionem dare, seu Viaticum præbere infirmis, ne aliquam irreverentiam committant in Sacramentum.

Pures plura scribere; sed omnium dicta ad ordinem redigendo; quatuor dixerunt esse genera morborum, quorum causa infirmi non sunt à Parochis communicandi, ad impediendam irreverentiam, quæ potest evenire in Sacramentum. Siquidem alii morbi respiciunt Usus rationis; alii Respirationem; alii Deglutitionem; & alii stomachi convulsionem.

Ad Usus rationis quod attinet, morbi ex hoc capite provenientes, sunt Delirium, Phrænesis, & Dementia.

Dementia; hi enim impediunt usum rationis, & mentis alienationem operantur, & per consequens impediunt, ne detur Sacra Eucharistia; quæ tantummodo illam cum debita reverentia suscipientibus est exhibenda; quales non sunt Delirantes, Phrænesici, & Dementes. S. Thom. 3. p. q. 80. art. 9. Summa Angelica Verb. Eucharistia 3. n. 14. Tamburin. de Expedi. Commun. cap. 4. §. 1. n. 4. Surd. consil. 89. per totum. & Rota post Zacchiam in Quest. Medicolegal. decif. 62. n. 17. Porrò observandum est, quòd deliria, phræneses, & dementia, alia sunt perpetua, quæ inhabitant infirmum ad Communionem Eucharisticam recipiendam; & alia sunt ad tempus, & habent dilucida intervalla: & tunc non impediunt Sacræ Synaxis exhibitio; ut docet Zacchias in Quest. Medicolegal. lib. 9. tit. 9. quest. Unica num. 4. & 5. ex doctrina S. Thomæ in cit. quest. 80. art. 9. advertens, quòd in Apoplexia, & Epilepsia est observandus status paroxysmi, nam certum est in ipsius insultu, etiamsi ægri videntur ab eo se recolligere, nisi in totum ad se redeant, nullo modo est Sacramentum exhibendum; ideoque expectandus finis Paroxysmi, & videndum, an patiens factus sit compos mentis, & habilis ad recipiendum ipsum.

Ceterùm, quia aliquando deliria, seu mentis alienationes potius dici possunt remittere, quàm intermittere; observanda sunt sequentes regulæ, quas tradidit supracit. Zacchias lib. 2. tit. 1. quest. 21. n. 15. & seqq. videlicet. I. Senes delirantes raro habent dilucida intervalla; ideò caute se gerat Parochus cum istis. II. Mulieres, si in delirium venerint, non ita facile respiciunt; & non ita faciles sint Sacerdotes in Sacramenti exhibitione. III. Neque illi, qui fati sunt à nativitate, vel ex longo tempore, præfertim si muti sint, ac surdi. IV. Qui ob ebrietatem excessum mentis patiuntur, non recuperant usum rationis, nisi digesto totaliter vino. V. Lethargici, qui Comatosi, & Coratosi à nimio sopore dicuntur, nullam interpolationem habent suæ infantie, quia causa morbi, occupans instrumenta cerebri, semper præsens existit; & durante causa, durat effectus. VI. Isti à fulmine, Atoniis, Congelatis, seu Cataleptici, non habent dilucida intervalla, ob eandem rationem. VII. Phrænesis, si fit accidentaliter ob febris calorem, eo intermitten, cessat; sed si essentialis fit ob inflammationem membranarum cerebri, nisi sanetur, non dat lucida intervalla. VIII. Hydrophobi (idest rabiosi) imò insatiati ex assumpto veneno, & in dementia lapsi ex longa infirmitate, non habent interpolationes: & ratio est, quia morbus residet in cerebro; & nisi curetur, vius rationis non reasumitur. IX. Sua tamen dilucida intervalla regulariter habent alienationes mentis provenientes ex Melancholia Hypochondriaca, Exaltati, Epilepsia, Apoplexia, (que non fit fortis) Lascantropia, furor uterino, & similibus: in quibus opus est consilio prudentis Medici, & prudentia sapientis Parochi, in seligendo tempore opportuno ad communicandum infirmum abique periculo irreverentie. Porrò qui à natura sunt semifatus, stolidi, surdi, & muti, debili usum rationis habentes; & tamen devotionis, & reverentiæ erga Sacratissimam Hostiam capaces; hi, præmissa instructione, sunt admittendi ad Communionem, ut docet S. Thom. 3. par. 9. 80. art. 9. Tambur. alios allegans de Expedi. Commun. cap. 4. §. 1. n. 4. Et primis annis Ecclesiastici regiminis Eminentissimi Card. Barbadii, Passoris vigilantissimi Patavini, in Visitatione Divicæ, reperi nonnullos semifatus, ac alios mutos, quos instructos admisi ad Sacramenta Penitentia, & Eucharistiæ; & ab eis summa cum devotione recepta fuerunt; quod laudat Gobat. in Experim. Theolog. tract. 4. num. 138.

Quò ad Respirationis morbos, illi sunt, qui circa fauces obveniunt, & dicuntur affectus anginosi, vulgò di Sebranzia, sive Sebranzia à verbo græco σβραζω, idest strangulationes, angina enim vocatur dolor faucium; ut notat Octav. Ferrarius de Origine Lingue Italice Verb. Sebranzia. Provenit autem vel à catharro suffocante, vel ab inflammatione, & ardore faucium, vel à convulsione, aut paralyti partium oris, & circumvicinarum, vel in mulieribus à strangulatione uteri: in quibus omnibus morbis impeditur deglutitio, non ex vitio stomachi, seu Oesophagi, sed ob occlusionem faucium, aut læsam actionem musculorum, os diducendum, quorum ope etiam ceteræ functiones, necessaria ad deglutitionem, celebrantur: Quapropter laborantes istis anginosi affectibus non sunt communicandi, nisi prius Parochus experiat, an possint saltem aquam deglutire; siquidem cùm sint fauces ocluse, regurgitant, & rejiciunt quicquid illis datur in ore, ut differit prædictus Medicus Zacchias dicitur lib. 9. tit. 9. quest. Unica num. 6. ubi narrat, vidisse nobilissimum puerum quinquennem ex convulsione linguæ, & adspicuum particularum, ne aquæ quidem guttam, per spatium quatuordecim dierum deglutire potuisse. Nutriebatur autem frequentibus enematis (vulgò infusione di Clisteri. Amaltea Oronastica Verb. Enema) ex carniis confuso, & vitelli ovorum, quorum ope abique alio cibo, & potu per omnes eos dies duravit; post quos sensum comedere cepit, & sanitatem recuperavit.

Ex defectu verò Deglutitionis abstinendum est ab exhibitione Eucharisticæ Sacramenti; & hic defectus procedit vitio Oesophagi (vulgò Cannaruzzo, per canna della gola. Octav. Ferrar. ubi supra Verb. Cannaruzzo) & est guttæ meatus, seu fistula ab ore ad ventriculum attingens, dicta à Plinio Anima Canalis, qui Oesophagus aliquando patitur convulsionem, aut paralytim, vel immediate in se ipso, vel in musculis, nervis, & aliis partibus illi inservientibus, quo in casu perditur deglutitio, & licet cibis, vel potus recipiatur in faucibus, non potest transire, neque in ventriculum descendere; unde periculum est vomitus; præcipue succedente frequentissima, & molestissima tussi, ab Hippocrate dicta Thiriodæ, hoc est maligna, & ferina; que est adeò anxiosa, & violenta, ut hominem mirum in modum exagians nec liberè respirare, nec quicquam deglutire permittat; immò si quid homo deglutire tentaverit, illud violenter ab ore per tussim repellatur.

Eandem ob stomachi agrotationem, ratione vomitus non est danda Eucharistia sacra; effect enim peccatum mortale tum in administrante, tum in petente, & recipiente. Quartus in Rubric. Missal. part. 3. tit. 9. sect. 2. dub. 3. & tit. 10. dub. 2. n. 14. Ob agrotationem autem stomachi Vomitus evenire solet in his casibus. Primò in spato sanguinis, si fit frequens, & violentum; sive procedat sanguis ex pectore, & pulmonibus, sive ex stomacho ipso. Secundò, si ejiciatur Empyema, (vulgò postema) quæ est collectio puris, facta in pectore; adjuncta tussi, quæ cessante, & ægro quietem obtinente, poterit cum debita cautela eidem Communio dari. Tertio, si infirmus agitur Nausea magna, quæ est motus, & promptitudo ad vomendum. Quarto, si post vomitum oriatur Singultus (vulgò singhiozzo) convulsiva oris ventriculi affectio. Quintò, si ob dolores Nephriticos, Colicos, vel Iliacos sequatur volvulus, ob sui sevitatem à Barbaris appellatur Miserera mei; idcirco urgente volvulo evomitionem, per quam non solum cibi, & humores rejiciuntur, sed ipsa etiam stercorea, est omninò cessandum à Communione; nec imitandus ille Parochus, de quo meminit Zacchias in anted. Quest. Medicolegal. d. lib. 9. tit. 9. in princ. & cujus inexpugnabilem appellat temeritatem; dum, non obstante peritissimi Medici interminatione, Juveni cuidam, doloribus Iliacis agitato, cum enormi vomitu, Sacramentum Eucharisticum obtulit, quod paulò post unà cum anima evomit. Genecran.

Ex defectu verò Deglutitionis abstinendum est ab exhibitione Eucharisticæ Sacramenti; & hic defectus procedit vitio Oesophagi (vulgò Cannaruzzo, per canna della gola. Octav. Ferrar. ubi supra Verb. Cannaruzzo) & est guttæ meatus, seu fistula ab ore ad ventriculum attingens, dicta à Plinio Anima Canalis, qui Oesophagus aliquando patitur convulsionem, aut paralytim, vel immediate in se ipso, vel in musculis, nervis, & aliis partibus illi inservientibus, quo in casu perditur deglutitio, & licet cibis, vel potus recipiatur in faucibus, non potest transire, neque in ventriculum descendere; unde periculum est vomitus; præcipue succedente frequentissima, & molestissima tussi, ab Hippocrate dicta Thiriodæ, hoc est maligna, & ferina; que est adeò anxiosa, & violenta, ut hominem mirum in modum exagians nec liberè respirare, nec quicquam deglutire permittat; immò si quid homo deglutire tentaverit, illud violenter ab ore per tussim repellatur.

Eandem ob stomachi agrotationem, ratione vomitus non est danda Eucharistia sacra; effect enim peccatum mortale tum in administrante, tum in petente, & recipiente. Quartus in Rubric. Missal. part. 3. tit. 9. sect. 2. dub. 3. & tit. 10. dub. 2. n. 14. Ob agrotationem autem stomachi Vomitus evenire solet in his casibus. Primò in spato sanguinis, si fit frequens, & violentum; sive procedat sanguis ex pectore, & pulmonibus, sive ex stomacho ipso. Secundò, si ejiciatur Empyema, (vulgò postema) quæ est collectio puris, facta in pectore; adjuncta tussi, quæ cessante, & ægro quietem obtinente, poterit cum debita cautela eidem Communio dari. Tertio, si infirmus agitur Nausea magna, quæ est motus, & promptitudo ad vomendum. Quarto, si post vomitum oriatur Singultus (vulgò singhiozzo) convulsiva oris ventriculi affectio. Quintò, si ob dolores Nephriticos, Colicos, vel Iliacos sequatur volvulus, ob sui sevitatem à Barbaris appellatur Miserera mei; idcirco urgente volvulo evomitionem, per quam non solum cibi, & humores rejiciuntur, sed ipsa etiam stercorea, est omninò cessandum à Communione; nec imitandus ille Parochus, de quo meminit Zacchias in anted. Quest. Medicolegal. d. lib. 9. tit. 9. in princ. & cujus inexpugnabilem appellat temeritatem; dum, non obstante peritissimi Medici interminatione, Juveni cuidam, doloribus Iliacis agitato, cum enormi vomitu, Sacramentum Eucharisticum obtulit, quod paulò post unà cum anima evomit. Genecran.

De Sacramento Eucharistiæ.

nerantur autem dolores illiaci ob intestinorum tenu-
rum inverfionem, vel convulſionem, ob quam fa-
ces per alvum reddi impediunt, ad ſtomachum repunt,
& per os rejiciuntur. *ſexto*, ſi exciteur in pectore
Cholera, morbus ſcilicet, per quem *Bilis* per os, &
per alvum inſeſum proſicitur; & dicitur *Chole-
ra humida*. *ſeptimo* ſi inſurgat *Flatus*, appellatus
Cholera ſicca; qui ſi ſit valde acutus, & nullam quietem
permittit infirmo, dat cauſam denegandi Eu-
chariſtiam; ſolet enim flatus ipſe tanto impetu per
os crumpere, ut quicquid in os ingeritur, ſumma
violenſia ad extra repellat. *Oſtavo* tandem ad ſtomachi
infirmiſſimam accedit morbus dictus *Lienteria* (vul-
go *fluſſo del ventre*) in quo cibi, ſtatim poſt ſumptio-
nem, rejiciuntur per alvum abſque ulla concoctione,
tales quales fuerunt accepti; quocirca non erit licitum
in hoc caſu, prout neque in ſuperioribus, ex-
hibere Sacraſſimam Eucharifſiam infirmo, ne ma-
ximo cum horrore contingat, ſpecies Sacramen-
tales integras per alvum tranſmitti, aut aliam irre-
verentiam irrogari, ut piè, ac doctè monet cit. *Zac-
chias d. lib. 9. tit. 9. quæſt. Unica per totam*. Et hi
ſunt morbi præcipuè, quos Parochi, & Monialium
Confeſſores obſervare debent, ut ſciant prudenter
determinare, quando Sacra Communio, ſeu Viaticum
poſſit, vel non poſſit infirmis impertiri.

DECISIONIS LVI.

Ad Decembris Quæſtum primum.

ARGUMENTUM.

Queritur, quo tempore, & quo inſtanti temporis
EUCCHARISTIA gratiam conferat. Quæ-
torum opinionis diverſæ Theologorum recitantur;
Et non inutilia monita communicantibus propo-
nuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Gratiam quo tempore Eucharifſia producat in ſuſcipiente?
- 2 Eucharifſia antiquitus dabatur in fruſſulis panis; qui maſticabatur à ſuſcipientibus.
- 3 Gratia conferitur, dum Eucharifſia tranſit per guttur ad ſtomachum, ſecundum Suarez.
- 4 Gratia producitur toto tempore, quo ſpecies Sacramentales durant in ſtomacho ſecundum Cajetanum.
- 5 Gratia per Eucharifſiam cauſatur ſtatim ac ſpecies Sacramentales ſunt in ſtomacho tranſi-
tae, ſecundum DD.
- 6 Hoſtia non eſt diu retinenda in ore; ſed citò deglutienda. Et cur?

QUÆSTITUM PRIMUM.

Cum dictum ſit in primo, & ſecundo Quæſto menſis
Oſtobris hujus anni, mirabiles effectus Sacram
Eucharifſiam operari in illis, qui tam dignè, ac de-
votè ſuſcipiunt; inter quos ſecundum gratiam, ſeu
gratiam augmentum; queritur, quo tempore, & quo
inſtanti temporis Eucharifſia conferat gratiam?

Relatae fuerunt quatuor opiniones Theologorum.
Prima eſt Becani cap. 22. de Euchar. quæſt. 6.
num. 2. dicentis, tunc primum Eucharifſiam gra-
tiam conferre, quando ipſa eſt in ore recepta; ea
ratione, quia ait Dominus Jo: 6. Qui manducat me,
ipſo vivet propter me. Ad manducatio ſit in ore,
juxta ſignificationem verbi *Manduco*, derivantis à
verbo *Mando*, quod ſignificat dentibus in ore cibum
conterere; antiquitus enim non confectabatur te-
nulis particula panis; ut in præſenti, ſed integer pa-

nis, qui poſtea ſtrangebatur in fruſta, & es dabatur
manducanda, communicantibus, qui dentibus il-
la maſticabant, ut ex Concilio XVI. Toletano cap. 6.
(celebrato anno Chriſti 693.) deducit Eminent.
Card. Bona Rerum Liturgicar. lib. 1. cap. 23. ubi
ſubdit, immò Chriſtum non particulam panis, ſed
integrum panem accepiffe, & conſecraſſe; atque ex
eo particulam conſecraſſe, quæ particulatim diſcipu-
lis tribuit. Quod confirmat Joan. Mabillon. in Lit-
urg. Gallicana lib. 3. num. 13. dicens, antiquitus
Eucharifſie particulam ad Communione in manus
datam fuiſſe teſte Gregor. in Hiſt. lib. 10. cap. 8. ac
proinde ex majori pane decerpam. Itaque dum in
ore poſita eſt Eucharifſia, quæ ſi eſſet groſſior,
dentibus veniret conterenda, maſticanda, & ſic
manducanda, gratiam clargitur ſumentis, ait Becanus,
cui conſentire videtur Valquez diſp. 103. cap.
2. num. 17.

Secunda opinio eſt Suarezii de Euchar. diſp. 63.
ſeſ. 4. ubi tenet gratiam Sacramentalem ab Eucha-
riſtico cibo conferri, dum tranſit per guttur ad ſto-
machum; ſic enim ratiocinatur. Gratia conferitur in
manducatione Sacrae Synaxis. Sed manducatio non
eſt, quando cibus tantummodo eſt in ore; neque
quando cibus jam ad ſtomachum pervenit; tunc enim
completa eſt manducatio; ergo dicendum eſt, man-
ducationem conſiſtere in traiectione cibi ab ore ad
ſtomachum; & ita gratiam à cibo Eucharifſtico im-
pertiri, dum tranſit per guttur in ſtomachum.

Tertia eſt opinio Card. Cajetani in 3. par. quæſt.
79. art. 1. ubi docet, Eucharifſiam cauſare gratiam
toto illo tempore, quo ſpecies Sacramentales durant
in ſtomacho; & ſumit pro fundamento illa verba
Chriſti Joan. 9. *Quandiu in mundo ſum, lux ſum
mundi*. Inferens ex eis, quod quandiu Chriſtus Sa-
cramentaliter eſt in ſtomacho fidelis Chriſtiani, qui
recepit Sacramentum, & donec durant ſpecies Sa-
cramentales jugis gratiæ emanatio diſſunditur; &
confirmari poſſe, quia Sacramentum Eucharifſiæ
operatur ſuos effectus tamquam cibus, cujus proprium
eſt nutrire. Sed cibus nutrit, poſquam eſt in ſto-
machum trajectus, & donec conſervatur in ſto-
macho. Ergo & Eucharifſia.

Quarta tandem opinio communis Scotiſtis, atque
Thomiſtis eſt, Eucharifſiam tunc primò cauſare gra-
tiam, quando ſpecies Sacramentales in ſtomachum
ſunt trajectæ, & ſtomachum attingunt. Ratio eſt,
quia tunc manducatio completur, quando cibus in
ſtomachum recipitur. Igitur, quando Eucharifſia de-
ſcendit in ſtomachum, tunc dicitur homo Chriſtiani-
sus illam manducare; & in eo inſtanti recipit effe-
ctum primarium Venerabilis Sacramenti, id eſt gra-
tiam. Confirmatur exemplo cibi materialis, per
quem homo non frangit jejunium naturale, ſi tantum-
modo illum recipiat in ore, vel in guttur traſciat; ſi
antequam ad ſtomachum deſcendat, illum vomat; vel
reſciat; nec eſt enim, ut cibus materialis deſcendat,
& perveniat in ſtomachum, ad hoc ut frangatur
naturale jejunium, ut diſſerit Scotus in 4. diſt. 8.
quæſt. 3. C. Et ex his facillè reſpondetur contrariis
opinionibus, & primò primæ, quia ſola receptio Sa-
cramenti in ore non eſt manducatio, aliàs recipere
gratiam etiam ille, qui Eucharifſiam non degluti-
ret, ſed expueret. Item ſecundæ; quia tranſitus per
guttur non eſt integra manducatio, ſed eſt tantum,
quæ adhuc poſſet impediri per regurgitationem,
& expulſionem, ut frequenter accidit in cibo
materiali, quem ex gutture extræamus, & expul-
mus, ſi aliquod offendiſſimum ex offe, vel ex ſpina
ſentiamus. Tertiz pariter opinioni reſpondetur, pro-
miſſam eſſe gratiam in manducatione panis celeſtis;
hæc autem completur in eo inſtanti, quo ſpecies Sa-
cramentales ſtomachum adveniunt. Neque valet exem-
plum cibi materialis, qui nutrit, ſeipſum corrupen-
do, & convertendo in carnem nutriti, ad quam nutri-
tionem

tionem faciendam requiritur tempus longum, quan-
tum tranſcurrit in cibi deſtructione. At cibus cele-
ſtis Eucharifſticus non convertitur in illum, à quo
eſt ſumptus; ſed convertit ſumentem in ſe ipſum
per gratiam, quam in inſtanti concedit; ſcilicet
dum attingit ſtomachum. Et ita docent Gonet. tom.
5. de Euchar. diſp. 8. art. 1. ſ. 2. Eminent. Card.
de Lugo eod. tract. diſp. 12. ſeſ. 2. Eminent. Card.
de Lauræa in 4. tom. 1. diſp. 6. n. 7. Diana Coordi-
natus tom. 2. tract. 2. reſp. 33. ex part. 3. tract. 6.
reſp. 96. ubi Nugens, & Coninck; & noviffimè
Volpi in reſol. Moral. Verb. Eucharifſia reſol. 58. n. 4.
Cotonius in Controverſ. lib. 2. controver. 4. num. 60.
& Maſtrius in eod. lib. 4. ſent. diſp. 3. n. 414. ubi
concedunt, eſſe probabile, quòd etiam toto tempo-
re, quo ſpecies Sacramentales durant in ſtomacho,
augeatur gratia etiam ex opere operato, ſi homo,
qui illas recipit, magis, ac magis ſe diſponat, per
adus devotionis, & charitatis, ut ſupra innui ad ca-
ſum prudentiale mensis Maſij hujus anni: & docet
Marchantius in Horto Paſſorum de Candelabro Aureo
tract. 4. leſ. 11. propoſit. 2.

Sed illud eſt obſervatione dignum, quod notat
Colleg. Salmanticens. de Sacramenti in genere tract.
4. cap. 6. n. 6. his verbis: *Qui diu retinet Hoſtiam
in ore, itant ſpecies corrupuntur, antequam deglu-
tiantur, non recipit fruſſum Eucharifſiæ; quia non
dicitur applicata ſuſcipienti, antequam deglutatur*.
Quod ſubus advertit Bonac. de Eucharifſ. diſp. 4.
q. 4. punct. 2. n. 2. Frequenter accidit, adeo exiles
particulas conſecratas exhiberi communicantibus,
ut ſi horum aliqui nimiam in ore humiditatem, vel
aqueam pituitam habeant, ex ea ſpecies ipſæ Sa-
cramentales abſque mora corrupti valeant; & iſſdem
corruptis, non traſciuntur in ſtomachum Sacramen-
tum; ſed ſola pituita, vel humor aqueus. Igitur
non negligat Parochi, ſuas plebes opportune do-
cere, ne diu retineant in ore Sacram particulam;
immò illam fatagant devotè deglutire, ac in ſto-
machum traſcere, ad conſequendam gratiam, aliòſque
mirificos effectus tanti Sacramenti.

Seitu dignum illud eſt, quod legitur de S. Philip-
po Nerio in ejus Vita lib. 2. cap. 1. n. 13. Videlicet:
*Procurava de prendere delle più groſſe Hoſtie, ch'
aveſſe potuto trovare; acciòchè quelle ſacraſſime ſpe-
cie duraveſſero più lungo tempo; e maggiormente poſſeſſe
guffare di quel ſacraſſimo Cibo; nel guſto di cui, come
atteſtano quelli: che gli ſervivano la Meſſa, prorompe-
va alle volte in affetti inſpieſcabili*.

DECISIONIS LVII.

Ad Decembris Quæſtum ſecundum.

ARGUMENTUM.

Controvertitur, an Communio Eucharifſtica devotè
ſumpta proficiat ad ſatisfactionem poenarum, quas
communicans ſolvere debet, vel in hac vita, vel
in Purgatorio? Declaratur, quid ſit Satisfactio?
Quibus operibus fiat? Quid ſit ſatisfacere ex ope-
re operato, vel ex opere operantis? Et reſolvit
controverſia cum diſtinctione.

SUMMARIUM.

- 1 Satisfactio quid ſit?
- 2 Poena debita pro peccatis remittitur tota in tri-
bus caſibus.
- 3 Satisfactio quot modis fieri poſſit pro peccatis?
- 4 Opere operantis, & Opere operato, quid hiſ ter-
minis intelligendum?
- 5 Eucharifſia devotè ſuſcepta remittit poenas debi-
tas pro peccatis, non ex opere operato, ſed
ex opere operantis.

De Sacramento Eucharifſiæ.

- 6 Satisfactio requirit opera poenalia.
- 7 Satisfieri poſſe pro peccatis etiam per adus vir-
tutis non poenales.
- 8 Poenalitas ſentuntur etiam in Communione ſa-
cienda, præcipue in Religioſis domibus. Et cur?
- 9 Communio imponi poſſe à Confeſſario pro poen-
itentia ſacramentali.

QUÆSTITUM SECUNDUM.

Utrum Communio Eucharifſtica devotè ſumpta proficiat
ad ſatisfactionem poenarum, quas Communicans ſol-
vere tenetur vel in hac vita, vel in Purgatorio,
non ſolum pro culpis venialibus; ſed etiam pro cul-
pis mortalibus aliàs remiſſis?

Pro clara Quæſiti reſolutione notanda ſunt par-
ter tria Præmiſſa.

Primum eſt. *Satisfactionem* in genere ſumptam,
eſſe *redemptionem voluntariam æquivalentis aliàs inde-
biti*. Dicitur eſſe *redemptionem* tamquam actum juſti-
tiæ, ad differentiam donationis, quæ eſt actus libe-
ralitatis. Dicitur *Voluntariam*: quia qui per vim par-
titur, ut damnatus in inferno, non ſatisfactionem,
ſed ſatisfactionem dicitur facere; at in Purgatorio
animæ dicuntur ſatisfacere, quia ſpontè, ac volun-
tariè ſubeunt poenas. Dicitur, *æquivalentis*: nam in
hoc conſiſtit illud ſatis, id eſt reddere quantum de-
bet ex juſticia. Dicitur, *aliàs indebiti*, quia ſi quis
dat, quod debet ob aliam cauſam, puta ob lega-
tum, non ſatisfacit pro debito ex contractu. Porro
Satisfactio habet locum non ſolum in civilibus, ſed
etiam in criminalibus; ſiquidem offendens redditur
per culpam debitor offenſi; & quia omne peccatum
habet rationem malitiæ, & offenſæ, per ipſum ho-
mo ſit debitor ad ſatisfaciendum Deo offenſo, à
quo taxata eſt poena æterna pro peccato mortali;
temporalis verò pro venialibus; ſed illa æterna per
Paſſionem, & merita JESU CHRISTI Redem-
ptoris noſtri, mediantibus Sacramentis ab eo infi-
tutum, commutatur, & fit temporalis, ſolvenda vel
in hac vita, vel in Purgatorio, tribus caſibus ex-
ceptis, ſcilicet Baptiſmi in adultis, Martyrii, &
perfectæ, ac ſummæ Contritionis cum Poenitentia
Sacramento in re, vel in voto, in quibus tribus
caſibus Deus indulget, & remittit totam poenam,
ut latè probat Emin. Card. de Lauræa in 4. ſent.
tom. 2. de Poenit. diſp. 13. n. 76. ubi notat; necel-
ſitatem, & obligationem ſolvendi poenam tempo-
ralem poſt remiſſionem culpæ, & æternæ poenæ ori-
ginativè loriri à meritis ipſius peccati mortalis, quod
tantæ eſt indignitatis, ut etiamſi remittatur, ad-
huc dignum ſit puniri aliqua alia poena.

Secundum præmiſſum. Hæc autem ſatisfactio pro
poenis temporalibus debitis tum ob peccata venia-
lia, tum ob mortalia remiſſa, fieri poſſe ab homi-
ne Chriſtiano in hac vita (præter ſumptionem Indul-
gentiarum, quæ à Papa, & à Prælatiſ conceduntur:)
I. per actus internos, nempe per charitatem, per con-
tritionem, & ſimiles in virtute meritorum, & gra-
tiæ Chriſti. II. per actus externos poenales volunta-
riè aſſumptos, ut jejunia, peregrinationes, carnis
macerationes, & alia. III. per afflictiones, & fla-
gella à Deo immiſſa, & patienter tolerata. IV. per
actus etiam non poenales, dummodo ſint adus hone-
ſti, & cujuſcumque virtutis. V. Et non ſolum per
opera ſupererogationis, ſed etiam per opera, quæ ſunt
de præcepto, & in præcepto; dummodo adſit intentio
ſatisfaciendi vel formalis, vel alterum virtuale. VI.
ſive dicta opera ſatisfactoria ſint impoſita à Confeſ-
ſario in Sacramento Poenitentia, cujus dicuntur eſſe pars
integralis; ſive ſint electa, & voluntariè aſſumpta ab
ipſo ſatisfaciente. VII. Non ſolum ſi ſatisfaciens pro
culpis conſeſſis, & dimiſſis ſit in gratia, ſed etiam ſi
incidiffet in novum peccatum mortale; ſive opera
I 3 ſatis-

fatifactoria sine pars præcedentis Sacramenti Penitentia, & imposita à Confessario, sive per ipsum satisfaciendum sponte electa, atque assumpta. VIII. Quamvis intenderet satisficere vel pro peccatis jam confessis, & remissis, vel pro peccatis nondum remissis; at in hoc ultimo casu satisfactio non esset de condigno, sed tantum de congruo, quatenus per attritionem exercendo opera penitentialia potest à Deo impetrare remissionem alicujus pœnæ temporalis, in quam erit commutanda æterna sacramentum futuræ contritionis, vel actualis confessionis Sacramentalis culpæ mortaliæ, in quibus nunc reperitur, ut docet ac subtiliter disputando probat Eminentiss. Card. de Lauræa d. tom. 2. in tr. de Penit. disp. 13. ab art. 6. usque ad art. 10. Magistrus in Theol. Moral. disp. 21. q. 11. art. 2. & Lessius in Operib. Posthum. de Penit. in addit. ad D. Thom. q. 14. art. 1. n. 2. ubi non consentit, opera fatifactoria exercita in peccato mortali, nisi sint imposita à Confessario, habere vim satisfaciendi.

Tertium præmissum. Communis terminus loquendi est inter Theologos, quod Sacramenta suos producant effectus, ac virtutes vel ex opere operato, vel ex opere operantis: idcirco notandus est sensus, & vis hujus locutionis. Tunc enim Sacramentum dicitur operari ex opere operato, quando consideratur, ut opus institutum à Deo ad dandam gratiam, vel producendum effectum proprium ejusdem Sacramenti, prædicando à merito Ministri, vel suscipientis. Tunc autem effectus Sacramenti dicitur ex opere operantis, quando ob dispositionem, & meritum suscipientis conceditur aliquid abundantius, respectu scilicet majoris devotionis, fidei, charitatis, aut alterius virtutis, quæ ex auxilio Dei exercet ille, qui suscipit Sacramentum. Reginald. in Praxi lib. 26. num. 46. Bonacina de Sacramentis in genere tom. 1. disp. 1. q. 4. punct. 1. in princ. Magistrus in Theol. Moral. disp. 16. n. 20. Eminentiss. Card. de Lugo de Euchar. disp. 19. n. 16c. & Eminentiss. Card. de Lauræa in 4. sent. tom. 1. disp. 8. n. 19.

His prænotatis pro resolutione quæstionis, communis est Theologorum sententia; Eucharisticam Communionem devotè susceptam proficere ad satisfaciendum pœnarum, ad quas pro peccatis tenetur suscipiens; at non ex opere operato, sed ex opere operantis; idest non principaliter, & directè virtute Sacramenti; sed ex actibus charitatis, & devotionis ejusdem suscipientis, juxta doctrinam Angelici Doctoris 3. part. q. 79. art. 5. in corp. ubi præmissa distinctione, quod Eucharistia considerari potest vel tamquam Sacrificium, vel tamquam Sacramentum, ita subdit: Si igitur consideretur ut Sacramentum, habet effectum dupliciter. Uno modo directè ex vi Sacramenti; alio modo quasi ex quadam concomitantia, sicut circa continentiam Sacramenti dictum est. Ex vi quidem Sacramenti directè habet illum effectum, ad quem est institutum. Non est autem institutum, ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per unionem ad Christum, & ad membra ejus; sicut & nutrimentum unius nutritio. Sed quia hæc unitas fit per charitatem, ex cuius fervore aliquis consequitur remissionem non solum culpæ, sed etiam pœnæ; inde est, quod ex consequenti per quadam concomitantiam ad principalem effectum, homo consequitur remissionem pœnæ, non quidem totius, sed secundum modum sue devotionis, & fervoris. Et idcirco sequuntur hæc doctrinam in terminis nostri quæstionis, ad ipsum affirmativè respondent Suarez de Euchar. disp. 63. sect. 10. Reginald. lib. 29. n. 142. Bonacina cod. trad. de Euchar. disp. 4. qu. 4. punct. 1. num. 9. Sotus in 4. disp. 11. quæf. 2. art. 1. Lessius de Euchar. quæf. 79. num. 14. Volpi resol. 57. num. 23. Candid. Brognolus in specul. Clericor. trad. 9. cap. 10. num. 8. Eminent. Card. de Lauræa de Euchar. disp. 26. n. 56. & 69. & Emin. Cardin. de Lugo cod. trad. de Eu-

charist. disp. 12. num. 98. ubi latius extendit virtutem satisfaciendam, dicendo, quod licet ea non proveniat ab Eucharisticæ Sacramento ex opere operato; id debet intelligi principaliter, & immediatè, siquidem mediatè ex eodem Sacramento provenit, & emanat.

Neque officit, si quis dicat, satisfaciendum pro pœnis debitis ob peccata requirere opera pœnalia; S. Thom. in supplement. 3. p. q. 15. art. 1. & Concil. Trid. sess. 14. cap. 8. at nulla pœna experitur in Eucharistica Communionem; immò suavitas, & delectatio juxta illud: Panem de celo præstitisti eis, omne delectamentum in se habentem. Quia respondetur primò ex communi Theologorum doctrina satisfieri posse pro pœnis temporalibus tam pro se, quam pro aliis, sive vivis, sive defunctis, non solum per opera pœnalia, sed etiam per actus virtutum etiam non pœnales, ut pluribus probat, & dictum est supra in secundo præmissis) Emin. Card. de Lauræa disp. 13. de Penitent. art. 6. §. 3. & Magistrus in Theolog. Moral. disp. 24. n. 63. Respondetur secundo; quod omne opus virtuosum potest dici pœnale, quia includit in se semper aliquam difficultatem, aut pœnalitatem in executione, ob aversionem naturæ, quæ ratio afficitur, & patitur contradictiones in bene agendo; nam post amissam originalem justitiam, & post naturæ lapsum homo inclinatur ad inferiora, & terrena; ut concorditer docent omnes Theologi Scholastici, & Morales. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Penit. disp. 24. sect. 3. §. 2. Magistrus in Theol. Moral. cod. trad. disp. 21. n. 275. Emin. Card. de Lauræa d. disp. 13. art. 6. §. 4. Reginald. lib. 7. n. 4. Valentia tom. 4. disp. 7. quæf. 14. punct. 3. & Layman de Sacram. Penitent. lib. 5. trad. 6. cap. 15. n. 9. Sed in præparatione necessaria ad devotè manducandum celestem panem plures tolerandæ sunt pœnalitates, & portissimum in Religiosis Communitatibus, in quibus, ut mihi aliquando testabatur pia, ac prudens Monialis, opus est multa patientia in die Communionis, nam sæpe sæpius dato signo ad communicandum, accedentibus Monialibus ad locum Communionis, una eam ingrediuntur locum Confessionis, & ibi detinet Confessarium per medium horæ, ac etiam per horam integram, ipso timente ex animi pusillanimitate, vel nolente eam licentiarè ob humanos respectus, & interim cæcus omnis patitur, tædio afficitur, tum ob spiritum indifferetum illius Monialis, tum ob imprudentiam Confessarii, nescientis eandem debitis objectionibus mortificare. Idcirco Communionem piè susceptam proficere ad satisfaciendum pœnarum est communis consensus Doctorum; qui ulterius advertunt, eandem Communionem posse imponi pro penitentia, & tamen penitentia Sacramentalis injungitur in satisfaciendum pœnarum. Gobat. in Theolog. Experim. trad. 4. nu. 54. Emin. Card. de Lugo de Sacram. Penit. disp. 25. n. 66. & Collegium Salmantic. tom. 10. De Sacramentis in genere trad. 6. cap. 10. num. 41. hæc verba scribens: Potest etiam in penitentiam injungi susceptio Eucharisticæ, si à Confessario iudicatum fuerit expedire; ut revid. docent Lugus disp. 25. num. 66. N. Anton. num. 1611. Paulus N. Gabriel, & Aversa locis citatis: frequens enim, & consuetum est: ut Confessarii hoc genus satisfaciendi injungant, quod & in Dei honorem cedit, & solerpententis esse valde utile, & opportunum.

DECISIONIS LVIII.

Ad Decembris Quæsitum tertium.

ARGUMENTUM.

Deciditur Quæstio, an Communitio facta pro Animabus Purgatorii, iisdem proficit ad satisfaciendum pœnarum.

pœnarum? Exponuntur tria notanda. Unum, quod Animæ torquentur in Purgatorio pro satisfaciendum suorum peccatorum. Alterum, quod juvantur à Viatoribus per Sacrificium Missæ, per indulgentias, & per opera fatifactoria iisdem applicata. Tertium, non solum ipsa opera fiant ab existentibus in gratia secundum Thomistas, sed etiam secundum Scotistas non existentibus in gratia. Concluditur, Communionem Eucharisticam esse fatifactoriam pro Animabus Purgatorii ex delectationibus hic consideratis; nec non auctoritatibus, & exemplis.

SUMMARIUM.

- 1 Strenæ dicitur quasi sine strenâ, idest, liberaliter, & sine murmuratione.
- 2 Pœna damni, & pœna sensus torquentur animæ in Purgatorio.
- 3 Igne materiali torquor animas Purgatorii est de fide.
- 4 Animæ Purgatorii liberantur vel per propriam satisfaciendum, vel per aliorum suffragia.
- 5 Pœna sufferitur voluntariò tripliciter secundum S. Bonaventuram.
- 6 Suffragium plures habet significationes.
- 7 Suffragia pro animabus Purgatorii sunt Missa, Indulgentia, & opera fatifactoria, quæ reducuntur ad jejunia, orationes, & elemosinas.
- 8 Satisficere potest unus fidelis pro alio fidele etiam in bæc vita.
- 9 Suffragia vivorum pro defunctis est de fide.
- 10 Animæ Purgatorii juvantur à viatoribus per satisfaciendum, & à Beatis in Cælo per impetrationem.
- 11 Animæ Purgatorii an juvantur per suffragia facta ab illis, qui sunt in peccato mortali? Quod non, secundum Thomistas n. 12. Quod sic, secundum Scotistas. ibid.
- 12 Suffragia facta à peccatore, ut juvent Animas Purgatorii, sex Casus distinguendi secundum Emin. Card. de Lauræa.
- 13 Animæ Purgatorii juvantur Communionem à Viatore devotè pro eis facta ob decem rationes.
- 14 Elemosina est magis fatifactoria, quam jejuniæ.
- 15 S. Thomas circa Communionem pro animabus Purgatorii declarat.
- 16 Exempla de Communionem pro animabus Purgatorii.
- 17 Monica Communionem offerebat pro animabus Purgatorii.

QUÆSITUM TERTIUM.

An Communitio facta pro Animabus Purgatorii, iisdem proficit ad satisfaciendum pœnarum?

Strenæ loco, instantibus Natalitiis festivitibus; in quibus boni hominis ergo ab antiquo solvi consuevit. can. Legant. dist. 37. additum fuit hoc tertium quæsitum cujus resolutionem, non ex obligatione, sed ex liberalitate, & absque murmure à studiosis exhibitam recepi; equidem pro strenâ, quæ sic dicitur, quasi sine strenâ, idest sine lamentatione, juxta Glossam in cit. can. legant. Pro cuius pii quæsitio intelligent fuerunt itidem proposita tria notanda; quorum

Primum est: Animas fidelium, quæ ab omni mortalis culpæ reatu ex hæc vita decesserunt, antequam integrè satisfaciendum pœnis debitis pro peccatis actualibus, quod ad culpam remissis; vel pro peccatis venialibus; cum quibus nondum quod ad culpam re-

missis, è corporibus exierunt, detineri in Purgatorio: ubi duplici genere gravissimum pœnarum torquentur, donec peccatis satisfaciendum, scilicet pœna damni, quæ est carentia divinæ Visionis; & pœna sensus, quæ est cruciatus pro ignem; cuius applicatio an fiat à demonibus, vel immediatè à Divina Justitia disputant Theologi; quos citat Magistrus in Theol. Moral. 24. n. 24. advertens animas illas materiali igne puniri, quod quidem infallibile est, & de fide, etsi modus, quo ille ignis torquet animas spirituales, non est curiosè ab intellectu nostro investigandus, cum sic occultè ordinet Divina Justitia, ut ait D. Bonavent. in 4. disp. 21. p. 1. art. 2. qu. 2. subdens, pœnam Purgatorii esse acerbiorè qualibet pœna hujus vitæ, quod testatur etiam S. Thom. Scotus, & SS. Patres relati à Magistro d. disp. 24. n. 26. & ab Eminentiss. Cardin. de Lauræa in 4. sent. tom. 4. disp. 26. num. 4. à quibus pœnis certum quoque est, animas non evadere, donec sint plenè purgatæ: vel per propriam satisfaciendum, vel per aliorum preces, & suffragia, juxta illud, quod scriptum est Matth. 5. 26. Non exies inde, donec reddas novissimum quadrante. Porro pœnæ Purgatorii animabus illis voluntariæ sunt, non absolute, sed conditionatè; quatenus scilicet sunt illatæ à Deo ad earum purificationem, ut valeant in æternam beatitudinem intrare, quod sic declarat S. Bonaventur. 4. disp. 20. cit. p. 1. art. 1. qu. 3. Tripliciter aliqua pœna dicitur voluntaria. Uno modo, quia assumitur à voluntate imperante, sicut est pœna penitentialis. Alio modo, quia suscipitur à voluntate acceptante, sicut est pœna Martyrum, quæ adeo eis placet, quod ab ea liberari non vellent. Tertio modo est quædam pœna, quæ suscipitur à voluntate tolerante, ut pœna, quæ est in patientia; ita quod ejus oppositum est in desiderio; sicut facit infirmus desiderans sanitatem, sed patienter sustinens infirmitatem tamquam pœnam divinitus inflictam; & hoc modo animæ Purgatorii sustinent eas pœnas, volitas quidem, quia à Deo inflictas, sed cum vehemènti desiderio egredienti ex illis, & ascendendi ad gloriam, ad quem effectum exoptant suffragia nostra, ut pro eis satisfaciamus; & illas ab illo carcere liberemus.

Secundum notandum. Suffragii nomen plura significat. Primò votum, quod in electionibus fertur ad favorem alicujus, ut possit adipisci officium, vel dignitatem; cap. Perpetuo. de elec. in 6. Secundò Patrocinium advocati. l. Unica. C. de Suffrag. Tertio Salarium quod advocatis solvitur. Rubr. in Aurb. Uelitis. iurent. Quartò auxilium, quod alteri ab altero præbetur, ut cum sublevet ab aliqua miseria, & talia sunt suffragia pro animabus Purgatorii, quæ tria sunt, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, Indulgentia, & Opera fatifactoria, quæ reducuntur pariter ad tria capita, ad jejunia, & hoc nomine comprehenduntur omnes pœnalitates; ad orationes complectentes omnes actus religionis, & virtutis, & ad elemosinas, quæ extendentes ad quæcumque opera pietatis, & charitatis, de quibus latè Em. Card. de Lauræa d. tom. 4. disp. 26. art. 11. & art. 13. Sicut autem est de fide, quod hæc suffragia communicantur inter fideles viventes, tamquam membra unius corporis, quod est Ecclesiæ, cuius caput est Christus, unde dicimus in Symbolo Apostolico Sanctorum Communionem; adeo ut unus possit satisficere pro pœnis temporalibus ab alio debitis pro peccatis, ut docet utraque Schola Theologorum, & demonstrat Magistrus in Theol. Moral. disp. 23. n. 73. & Emin. Card. de Lugo de Penit. disp. 26. sect. 1. non solum de congruo, sed etiam de condigno, & de justitia; ita de fide est, quod suffragia viventium profunt defunctis existentibus in Purgatorio ad remissionem pœnarum; juxta illud 2. Machab. 12. Sanctia, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, in peccatis solvan-